

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Tertij ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISTIN. IX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150218

A & similiter vnitas realis in Maria, & ista vnitas est fundamentum mutue æqualitatis in Christo & Maria, si ponantur fuisse æquales in natura humana.

PRÆTEREA INVESTIGARI OPORTET &c.

DISTIN. IX.

QVÆST. VNICA.

Utrum Christo debeatur latria secundum naturam diuinam.



I NCA istam distinctionem, in qua magister agit, & inquit, Utrum caro Christi debeat adorari.

QUÆRITUR, VTRUM Christo debeatur latria, solum secundum naturam diuinam, & sic videtur. latria est cultus debitus soli summo domino, ratione summi domini, sed Christus solummodo secundum naturam diuinam est summus dominus. ergo &c. **P**RÆTEREA, Christus secundum naturam humanam adorauit, quia orauit. ergo secundum istam habuit superiorem, & ita propositum. **P**RÆTEREA, quantumcunque ista natura humana sit unita verbo, ipsa tamen* creata est, nec excedit limites creaturæ. ergo nec cultus debitus Christo secundum istam naturam debet excedere cultum debitum cuiuscunque creaturæ. huiusmodi est latria. igitur. &c. **P**RÆTEREA, super illud Psal. adorare scabellum pedum eius. dicitur gloriose illa adoratione latriæ, quæ soli Deo debetur. **P**RÆTEREA solum illud est sic adorandum, quod est super omnia diligendum, quia

a. l. creatura.

idem, & secundum eandem naturam est summus dominus, & finis vltimus, sed Christus tantum secundum naturam diuinam est summe diligendus, quia solum secundum eam est summum bonum, & finis vltimus, ergo &c. **C**ONTRA hoc magister in litera adducit auctoritates.

HIC SVNT TRIA videnda. **P**rimo qualiter accipitur latria. **S**ecundo de debito qualiter debeat Deo. **T**ertio cui, & secundum quam naturam, Christo debetur.

DE PRIMO sciendum est, quod sicut reuereri aliquem actu interiori, est bona propria reputare parua respectu bonorum illius, quem reueretur, cuius bona reputat magna, & est actus virtutis. Ita extollere in corde bonitatem alicuius, tanquam summam respectu bonitatis suæ, & a quo ipse magnificans habet totam bonitatem suam, est actus quidem laudabilis, dummodo habeat obiectum sibi conueniens, illud scilicet cuius bonitas excedit bonitatem illius reuerentis, & a quo ipse reuerens habet bonitatem suam. Hæc reuerentia summa in actu interiori respicit solum Deum pro obiecto conuenienti, ut summum bonum, vel summum dominum. Huic actui interiori correspondent aliqui actus exteriores, qui sunt signa huius actus interioris, puta in quacunque lege aliqua sacrificia, vel aliqui ritus, vel generationes protestantes istam reuerentiam summo domino exhibendam, & summam esse dominationem in eo, cui talia exhibentur, & subiectionem esse ad illum in exhibente. **E**x istis actibus inferioribus frequenter elici-

Et
d
u

citius, & similiter ex actibus exterioribus potest generari quidā habitus inclinans ad faciliter, & prompte eliciedum tales actus, & sicut tales actus erant boni, quando erant debite circumstantiati, ita habitus generatus ex talibus actibus frequenter elicitis est bonus. ¶ Sic ergo hoc nomen latria potest æquiuoce accipi. ¶ Vno modo pro cultu siue reuerentia exhibita Deo in actu interiori, ratione summi domini vel summi boni. ¶ Vel pro reuerentia exhibita Deo actu exteriori. ¶ Vel pro habitu inclinante ad talem actum. & ille habitus cum sit consonus rationi recte virtus est, & non theologica, quia non habet pro obiecto immediato bonum increatum, sed honorem deferendum domino increato. est ergo virtus moralis, & potissime continetur sub iustitia, qua redditur superiori quod sibi debetur. quæstio autem ista non est de latria virtute, sed de actu, quia rentio, vel debitum non est proprie pertinens ad virtutem, sed ad actum aliquem virtutis generatum, vel a virtute elicatum, quia ille est immediate in potestate nostra.

DE SECUNDO articulo, qualiter, & quādo, debet hoc debitum reddi: Dico quod de isto actu bono est præceptum affirmatiuum. rationabile enim est creaturam intellectualem obligari ad aliquando recognoscendum, & reuerendum summum dominum suum, hoc autem præceptum, sicut alia præcepta affirmatiua obligat semper, sed non ad semper, & potest poni quod obligatio ad istum actum pertinet ad primum præceptum primæ tabulæ. Non habebis deos alie-

nos &c. quod præceptum non est tantum negatiuum de prohibendo adorationem exhiberi alii, cui non conuenit, sed affirmatiuum ut habeatur Deus verus, & ut tamen dominus adoratur, quod bene exprimit illud Deut. 6. quod allegat saluator. Math. 4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias, ubi ponitur præceptum affirmatiuum de adoratione, & cum exclusione adorationis, seu seruitutis exhibendæ alijs, sicut & ibi non adorabis Deos alienos. prohibetur idololatria. ¶ Hoc autem præceptum affirmatiuum non potest perpetuo impediri ab executione actus, quasi nunquā occurat oportunitas executionis actus huius præcepti, sicut de illo præcepto: honora parentes. potest enim perpetuo non occurrere oportunitas necessaria honorandi parentes, & ita potest illud præceptum obseruari perpetuo sine transgressione, & si nunquā actus huius præcepti fiat, quia non est obligatio ad actum illum, nisi pro tunc, quando oportunitas occurrit. nihil autem potest excludere, pro semper oportunitatē adorandi Deum. Et idem simpliciter ad actum huius præcepti affirmatiui aliquando eliciedum tenetur quilibet adultus. ¶ Et pro tempore legis Moysæ videtur determinatio fuisse facta ad actum huius præcepti per illud tertium præceptum. Sabbatum iustificat, quod etiam fuit præceptum tempore legis nature, ut aliquo determinato tempore vacaret homo ab operibus seruilibus, & in hac sola negatione non esset obseruatio præcepti, sed in actu positiuo in iustifican-

Par. quid
Idolum sit
vide magis
gstru. 37.
dis. huius.
Vbi supra
et alijs so
pe.
D

Acando. i. magnificando Deum.

¶ Pro tempore verò legis euangelicæ cultus illi exhibendus Deo in sanctificatione sabbati, determinatur exhibendus die dominico, & etiam determinatur quantum ad actum illum, secundum quæ debet exhiberi, puta in oblatione illius summi sacrificij. scilicet eucharistiæ, quam debet sacerdos offerre pro se, & pro populo. Et in illa oblatione populus etiam offert spiritualiter. I. qui tenetur audire missam totam die dominico, secundum illud de conse. dist. 1. missas. ¶ Et si aliqua necessitas excuset ab executione huius actus, quem determinauit ecclesia, necesse est implere illi in aliquo equiuallente, ut saltem die illo specialiter deputato cultui diuino aliquis actus habeatur relatus im-

Bmediare in Deum ad eius reuerentiam. ¶ Vtrum autem aliquo alio tempore teneatur quis ad actum huius præcepti. scilicet ad actum adorationis, præter quam in tempore illo determinato primo in lege naturæ, & postea in lege Moysæ in sabbato & iam in in tempore euangelij in die dominico, dubium est, tamen hoc est certum quod istis diebus saltem videtur adoratio aliqua necessaria exhibenda.

D E T E R T I O articulo, cum quaeritur. an debeat Christus solummodo secundum naturam diuinam, dico quod. ly, solummodo potest accipi dupliciter. scilicet theologicè vel syncretice. ¶ Primo modo concedo quod sic, quia sufficiens ratio summi adorabilis est in Christo considerato secundum solam naturam diuinam. ¶ Si autem teneatur syncretice theologicè tunc notat ex-

clusionem ab vno extremo respectu alterius extremi. ¶ Hoc etiam modo distinguo, quia solummodo potest excludere aliquid, vel a termino adorationis, vel a ratione adorandi. ¶ Primo modo dico, quod non solummodo secundum naturam diuinam est Christus sic adorandus, quia a termino adorationis non debet excludi natura humana, quasi ipsam includendo non possit totum adorari, hoc dicit Dama. c. 54. Christus Deus perfectus, & homo perfectus, quem adora-

mus cum patre & filio. vna adoratione cum incontaminabili carne eius non in adorabilem carnem eius dicentes. Adorantur enim in vna verbi hypostasi, quæ eius hypostasis facta est. Et paulo post. Vnam personam Dei verbi duabus ipsis reductis naturis exemplificat postea, timeo lignum tangere propter lignum immixtum ignem. In illa auctoritate Dama. ly, cum, accipitur associatiue, non autem copulatiue, ut sit sensus, adoramus verbum cum carne. i. habes carnem sibi unitam, non autem cum carne hoc est carnem adoramus, quasi sit propositio copulatiua, & hoc considerando carnem ut caro est, & non ut unita diuinitati. sic ergo non debet excludi a termino adorationis caro, licet ipsa non sit ratio adorandi. ¶ Exemplum ad hoc est de rege & purpura, quæ & si rex propter se & in se sit adorandus, tamen ipse cum purpura adiuncta, est etiam adorandus. Non quod purpura sibi adiuncta sit causa adorationis. Ita caro non est adorabilis in verbo, ut sit ratio adorationis in verbo. ¶ Aliud exemplum est de toto & partibus, si reueretur hominem

Lib. m.

D

nem

A nem pp sapientiā, vel virtutes, totum reuereor, corpus. s. & animā, non animam excludendo corpus ab ipso reuerito. Similiter cum totum hominem adoro, non honoro præcise caput excludendo alias partes ab illa adoratione. ¶ Sumendo autē secūdo modo. s. proutly, solummodo, excludit aliquid vt rationem adorandi, potest dici q̄ solummodo secundum naturam diuinā est adorandus, excludendo aliā naturā vt est rō adorandi, quia nulla alia est rō summi domini, nec rō adorationis debite summo dño, sicut nec corpus est ratio adorandi virtuosum.

SED CONTRA hoc arguitur, q̄ summū dñum nō cōsequitur immediate naturā diuinam, quia s̄m Aug. 5. de tri. c. vii. non fuit dñs, nisi ex tpe, sicut creatura fuit serua, summū ergo dñum est rōne creationis, per quam creatura accepit totū esse suum a Deo, sed tāta rō domini videtur competere Deo pp beneficium redemptionis, sicut creationis, ergo ita debetur cultus patriæ redemptori vt redemptor, & ratione redēptionis, sicut creatori ratione creationis. ¶ Assumptum etiam de æqualitate dñi in creatore & redemptore respectu creati redempti, probatur multipliciter. ¶ Primo p̄ illud Apostoli. Gal. 8. Empti enim estis p̄cio magno, glorificate &c. igitur per hoc sum seruus eius, quia redemptus. ¶ Hoc etiam confirmatur p̄ Greg. in illo cātū benedictionis cerei Paschalis. Exultet iam angelica. vbi dicit q̄ nihil nasci profuit, nisi redimi profuisset. tantum ergo boni cōfertur per redemptionem, quātum p̄ crea-

tionem. ¶ Qd̄ ē cōfirmatur, q̄a per redemptionem confertur, bonum gr̄iæ & gloriæ, p̄ creationem tantum bonum nature. igitur &c. ¶ Ex his ergo concluditur, q̄ cum Christus fuerit redemptor secundum naturā humanam, & secūdo illam, vt secundum rationem adorandi nō absolute, sed vt ipsa fuit rō redimendi, debetur Christo adoratio, quā & creatori.

RESPONDEO & dico q̄ si ad maius summo non possit aliquis obligari ex* alia rōne potest ad idem multipliciter obligari. Exemplum de religio vōtē castitatē, & postea suscipiente ordines sacros. Ita potest concedi, q̄ redimere principaliter, vel melius ipsam redemptionem perficere, si est tantum bonum conferens nobis, quantum cōfert nobis creatio, & per consequens tantam in nobis seruitutem exigit ex opere redēptionis, sicut ex opere creationis. Tunc ei qui principaliter effecit redemptionem, debetur summa adoratio, tanq̄ ex rōne alia. sed non maior adoratio illa, quā sibi debet ex creatione, quia summa debebatur ex creatione. Et istud est verum, si aliquod bonum communicatum creaturæ sit ratio colendi conferentem vt dñm, & non ipsa bonitas intrinseca conferētis, puta si per impossibile essent plures Dij, & vnus creasset nos, & non alter, si teneremur vnum adorare, scilicet creatorē, & nō alium qui non creasset nos, tūc bene potest dici q̄ si per efficientiam redemptionis collatū sit tantum bonū, quantum per creationē, tanta seruitus debet rōne redemptionis toti trini-

scō. sup. iij. Sdn. G tati,

B. Exemptus si aliquis ex voto ieiunare promiserit in die veneris, & in eadem die fuisset praecipue ieiunij ab ecclesia, una satisfactio satisfaci ecclesia, & voto.

Atati, que principaliter effecit istā redemptionē, quanta rōne creationis, eo q̄ ista sunt distinctæ rōnes, pp̄ quas debet sibi adoratio, patet. Si aut̄ summa bonitas intrinseca Deo est ratio adorandi, cū ista non sit alia & alia pp̄ alium & alium effectum collatum creaturæ, non sunt plures rōnes adorandi Deum, quotcūque beneficia nobis cōferat. ¶ Si teneatur istud fin, tunc argumētum applicatum ad Christum, vt redemptorem non cōcludit, quia illa natura in qua exercuit opera redemptionis non habet istā bonitatē infinitam intrinsecā, qualitercūque ipsa esset rō, vel principiū conferendi nobis maximū bonum. ¶ Si aut̄ teneatur primū .i. q̄ non tñ bonitas intrinseca sit rō adorandi, sed ipsa vt cōicatiua maximi boni in B nobis. & hoc primarie ex se, &
15. Vide
ma. 1. di
fin. 1.
 retributionem, secundum illud Plal. bonorum meorum non indiges &c. tunc potest responderi q̄ Christus secundum naturā humanam, & si fuit redemptor, non tamen secundū istam naturam principaliter effecit redemptionem, sed tota trinitas, & ita salutem nobis collatam per redemptionem tantum effecit meritorie, vt homo, non autem debetur summa reuerentia ei, a quo non principaliter, sed secundario habemus summū bonū.

Quæ
Adoratio
debeat
Christo secundum
quod Homo.

SED RESTAT vna dubitatio, q̄ adoratio debeat Christo, secundum q̄ homo. ita q̄ illa natura in qua exercuit opera redemptionis nostræ vt meritoria salutis nostræ, sit ratio humanius adorationis. ¶ Et si dicatur quodd Hyperdulia quæ est extrema reuerentia exhibita creaturæ.

¶ Contra hoc arguitur multiplicit̄. primo, quia hæc reuerentia Hyperdulia deberetur sibi absolute secundum illā naturam, secundum quam fuit plenius gratia, & si non redemisset nos. ergo nunc debetur sibi maior, quando in illa natura, vt mediator redemit nos. ¶ Item, secundum illam naturam, est caput ecclesiæ secundum Aug. super illud Ioan. Ego sum vitis. habet ergo influere gratiam in totam ecclesiā, ergo tota ecclesiā sibi specialius tenetur, quam si non esset caput, nec haberet influere, sed si haberet tantum tantam gratiam personalem, quantum habet, deberetur sibi summa Hyperdulia, licet non esset tunc caput, ergo modo debetur sibi maior. ¶ Præterea, vna ratio ponitur ab aliquibus quare non potuit reparatio hominis fieri per puram creaturam, quia tunc non esset perfecte restructus ad illam excellentiam, quā habuit prius, quia teneretur seruire illi creaturæ, quæ eum reparasset. & non teneretur seruire soli Deo. ex creatione vero tenet seruire soli Deo, ergo oportuit reparatorem esse Deum. ¶ Ista ratio non concluderet, si tñ adoratione Hyperdulia esset adorandus Christus. posset. n. bene homo restructui ad istam excellentiā, vt solū Deum teneretur adorare adorationē latræ, & aliū mediatorem teneretur adorare adoratione Hyperdulia. non autem teneretur aliū adorare latræ, si modo natura humana in Christo non est ratio alterius adorationis Hyperdulia. igitur oportet modo eum non tantum sic adorare. ¶ Præterea, Anselm. ait. Deus homo. c. 14. probat q̄ vita illius

Allius hominis erat melior, siue
malus bonū, quam omnia pec-
cata quæ non immediate erant
in personam diuinam erant ma-
la, vel possent esse mala, loqui-
tur autem de vita treata qua pri-
uabatur per mortem, quia pecc-
tionem eius dicit esse grauius
peccatum omni alio, quod non
immediate committebatur in
Deum. detestabilis enim erat
secundum eum illum hominē
priuare vita, quam omne pecca-
tum non immediate in Deum
committere. sed in omni alio
peccato auertitur voluntas a
summo bono, ergo detestabi-
lius est vitam auferre ab isto ho-
mine, quam in quocunque alio
peccato auerti a summo bono,
si non immediate auertatur ab
eo. ergo & ista vita erat magis di-
ligenda, quam summum bonū,
vel æque, & ita erat vt bonū in-
finitum adorandum. Vel aliter
potest argui ex dicto Ansel. quia
si illud bonum erat tantum bo-
num, quantum erat priuatio eius
malū. & priuatio eius erat ma-
ius malum, quam omnia mala,
quæ possent esse infinita, ergo il-
lud malum fuit peius alijs ma-
lis infinitis, ergo bonum sibi op-
positum fuit bonum æquale in-
finito, ergo Christo secundum
naturam humanam debetur
adoratio eadem, quæ debetur
bono infinito.

QUANTVM ad istum ar-
ticulum potest dici, quod sicut
latræ exhibendæ potest poni ra-
tio, bonitas intrinseca adorati
absolute, vel bonitas illa vt cō-
minutans se adoranti, & hoc pri-
mo & principaliter secundum
maximum bonum adorantis.
Ita etiam potest poni ratio ado-
rationis Hyperdulæ. Vel boni-

tas intrinseca adorati absolute. **C**
Vel vt per ipsum tanquam per
causam secundam communica-
tur adoranti magnum bonum.
¶ Si prima via teneatur, non de-
betur Christo secundum natu-
ram humanam adoratio maior,
vel alia, vel ex alia causā, puta ex
hoc qd est redemptor, quam si
non fuisset redemptor, sicut nec
secundum illam opin. debetur
Deo maior latræ, vel ex alia rō-
ne latræ si est creator, quam de-
beret ei, si non esset creator. ¶ Si
aut alia opin. teneatur, pōt hic
dici de Hyperdulia, sicut ibi de
latræ respectu Dei. scilicet Christo,
quia redēptor, vel debetur ma-
ior reuerentia, q̄ si non esset re-
demptor. & hoc si illa quæ de-
beretur ei, tunc non esset maxi-
ma, vel si illa esset maxima, de-
beretur sibi modo eadē ex alia
rōne, & hoc videtur rōnes pro-
bare. ¶ De prima patet, quia p-
cedit de ipso vt est mediator, &
causa meritoria salutis nostræ,
& de aliā, vt est caput ecclesiæ.
¶ Alia duæ quæ procedūt de au-
thoritatibus debēt solui. Primā
de pfecta reparatione hominis
concludit de congruo, qd perso-
na redimens, & meritorie saluās
fuerit Deus. vt sic eidem perso-
næ debeamus illam summam
Hyperduliam, quæ ei debetur
rōne redēptionis meritorie fa-
ctæ, cui et debemus adorationē
latræ rōne creationis, sed non
essentius pp hoc minus perfecte
reparati, si istam reuerentiā quā
debemus meritorie saluanti, in-
quantū meritorie saluans, debe-
remus exhibere alteri, q̄ ei cui resp. &
debemus latræ. sicut nō Ma. super illud
riam adoramus Hyperdulia, Ps. Confite-
mini oēs alios sanctos, dulia. Nec Deo domi-
tanē propter istam adorationē nō.

A magis sumus depressi, si solus Deus esset adorandus. Essemus autem multū depressi, si alicui alteri deberemus illam adorationem quam debemus Deo, quia tunc essemus sibi valde subiecti, quod concluderet maximam infelicitatem, vel infirmitatem nostrā. ¶ Exemplum huius est, magis congruit vti pater nutrit, quam alius, ut sic eisdē personæ debeam eandem reuerentiam, quæ deberetur genitori, & nutritori. Si autē alius nutrirer deberem vnā reuerentiam patri, & aliam alteri, & ita essem aliquo modo subiectus pluribus personis, sed non æquali subiectione. ¶ Ad aliud dico, quod illa vita creata non fuit bonum infinitum formaliter, nec summe diligenda. vnde trinitas voluit eā non esse in morte, ex quo voluit mortē, sed auerti a Deo in vno est grauius, quam auerti ab eo in alio, & tanto grauius, quanto conuersio ad illum esset melior, cæteris paribus. diligendo autem illam naturam humanam in Christo, quæ erat optima creatura, quantum ad plenitudinē gratiæ, summa conuersio potuit esse in Deum, quæ sit per actum vtendi creatura, quia illa creatura erat maxime coniuncta fini, & maxime referibilis in Deum, ut in finem, ergo auersio a Deo circa istud obiectum, odendo scilicet illam vitam in eo quæ Deus noluit odire erat pessima auersio, & ita occisio illius hominis erat grauissimum peccatum, quantum erat ex parte obiecti. Et quod dicitur quod fuit grauius omnibus alijs peccatis, etiam possibilibus non immediate commissis in Deum, potest dici quod cū illa habeat

grauitates distinctas, & vna illarum non includit aliam, grauitas illius quantum ad intentionem maxima erat. sed in alijs peccatis erat maxima, quantum ad extensionem. vtrum autem illa vita fuit tantum bonum, ut eius oblatio sufficeret ad delendum infinita mala, de hoc inferius in materia de satisfactione Christi pro peccato nostro.

A D A R G V M E N T A.

¶ Ad primum principale, & secundum, & tertium, dico, quod probant proutly solummodo, tenetur sine thegorematicæ, & vt excludit omne aliud a natura diuina, ut rationem adorandi, & ita in naturam humanam, quia si natura humana esset ratio adorationis patrie ipsa separata a verbo esset ratio eiusdem adorationis, quod falsum est secundum Augustinum. in litera. quia si natura illa separaretur a verbo, illi homini nunquam seruiro, hac seruitute patrie. Ita etiam exponenda est glossa super Psalmum. vel potest exponi de ipsa carne, ut termino adorationis totali, ita quod ibi sistatur in eius consideratione, & adoratione. ¶ Ad vltimum argumentum, qui diceret bonitatem inuiticam summi esse rationem adorationis concederet maiorem, & minor potest distinguere, sicut & quod principalis, & eo modo quo conceditur ad quoniam sic, & minor est vera, & conclusio vera, & in eo sensu quo dictum est ad questionem quod non, minor est falsa. qui aut terneret, quod ratio adorationis sit bonitas summa, ut concilians se summe ipsi adorati, quāuis concedat quod summe adorandū sit summe diligendum, non tamen concedit econtrario.

SED DVBIUM ut quod Christi

Bar. Ex-
emplū cō-
tra illos
qui nō di-
guntur nu-
trire pro-
prios fi-
lios.

B

A Christus secundum naturā humanam, hoc est istud totū non exclusā natura humana sic summe diligendum, sicut hoc totū ponitur adorandum non excludendo naturam humanā a termino adorationis. cum. n. vnio illa non sit summe diligenda, quia est bonum creatum, ergo nec ipsum totum, quod hēt totalitatem suam per istā vnionem.

Primo dicitur **P**ossit dici, q. vel actus diligē di distincte respicit naturam diligibilem, sicut obiectum alicuius in diligendo, & ita non totū summe diligitur q. tñ adoratur summa adoratione, quia adoratio consule exhibetur toti, dilectio autem respicit distincte naturam in termino adorationis.

Secundo dicitur **S**ed si dilectio tendere potest adque consule in obiectū, sicut adoratio, potest concedi quod Christus hñs naturā humanam sic summe diligendus (licet natura humana non sit rō summe diligibilis, neque ē vnio naturæ humanæ ad verbū) qualitercunque sit, sicut trinitatē adoramus vna adoratione, & diligimus vna dilectione, non excludendo proprietates personales ab essentia, quæ tamen proprietates non sunt formaliter infinitæ, ita ē totū est in adoratione non nimis distinguere naturā illam creatā a verbo, sed verbū subsistens in duab. naturis adorare, & ita verbum hñs naturam humanam pōt summe diligi, licet ipsa natura summe, non

Bar nulla dicitur **S**ic illa diligat, neque ē summe diligatur vnio naturæ ad verbum quæ vnio est creatura. non enim videtur esse forma q. aliquis debeat velle peccare mortaliter, ne illa vnio nō esset, nita vide cum pro esse nullius creati sal- r. q. q. uando sit peccandum mortali-

ter, neque enim illa vnio prae- cise considerata beatificaret naturam intellectualem, licet terminus vnionis beatificaret q. est bonum infinitū & ita super omnia diligendum.

SOLET ETIAM A QVI-
BVS DAM IN QVI-
R I. & cat.

DISTIN. X.

QVAESTIO. VNICA.

Verum Christus sit filius Dei ad-
optatus.



I R C A istam deci-
mā dist. in qua ma-
gister agit de cōi-
catione idiomatū
respicientū perso-
nā filij, q. vñū de cōi-
catione idiomatū ad nobilitatē pertinē-
tiū. ¶ Vtrum. s. Christus sit filius
Dei adoptiuus, vñ q. sic, q. Chri-
stus est pdestinatus esse filius
Dei. Ro. primo. ergo est adopti-
uus. probatio coniectione, pde-
stinare. n. est ad hñditatē adopta-
re, ergo Deus pdestinās Christū
ēē filiū Dei, adoptat pdestinatū
ad hñditē, q. pordinat ad hñdi-
tatē, & hoc p actū volūtatē. igit
&c. ¶ Preterea, dignitatis est in
hñe esse filiū Dei adoptiuū, q.
nō cōuenit alicui nature nō in-
tellectuali. ergo hoc Christo cō-
uenit. ¶ Itē, sicut manēt natura,
ita proprietates naturarū, ergo
cū adoptari sit p prietas naturæ
hñtis gram, vñ q. istud possit di-
ci de Christo iōne naturæ hu-
manæ. sicut ē pōt dici de eo, qd
est filius naturalis rōne naturæ
diuine. ¶ Cōtra hoc magister in-
tra ad ducit auctoritates. ¶ Itē,

G 3 tunc